



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lerna Malorum Omnium; Sive Gravitas, Et Damna Peccati Mortalis

Arias, Francisco

Monachii, 1648

Cap. X. Ex diuinorum beneficiorum magnitudine, peccati mortalis
grauitatem cognosci.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46756)

deremus peccati mortalis gravitatem,
 & tantum malum odio habentes, fu-
 gientesque, officium nostrum fideliter
 faciamus, nec declinantes tendamus
 ad finem, quò nos creavit, ac redemit
 Deus, qui est, ipsi servire, glorificare
 ipsum, & ipso frui. Atque ita imple-
 bitur in nobis, quod S. Paulus Aposto-
 lus Fidelibus, qui iusti, sanctique ho-
 mines sunt, dicit: *a Nunc liberati a*
peccato, quippe cuius veniam per pe-
 nitentiam obtinuistis, & *servi facti Deo*
cui voluntarie obeditis, habetis fru-
ctum vestrum sanctitatem, puritatem
que vitæ, & bonorum operum, quibus
Deum glorificatis, exercitium; finem
verò vitam aternam.

a Ad Rom. 6. 22.

Ex diuinorum beneficiorum magnitudi-
ne peccati mortalis gravitatem
cognosce.

C A P. X.

Siquis beneficia ab altero accipit,
 gratiam ei idcirco debet, amorem
 &

De gravitate peccati mortalis. 101

& obsequium; ac nisi illum amat, nec aliquid boni in utilitatē, obsequiūque eius facit, sed irritat ipsum, atque offendit, graviter in eo peccat; & quō maiora beneficia sunt, & persona, quæ illa facit, præstantior, hoc maior est culpa. Omnes nos homines multa, & maxima à Deo beneficia accepimus, quapropter obstrictissimi sumus, ut grati erga eum simus, ipsum amemus, valdeque ex corde ei serviamus: ac nisi amamus eum, nec ei servimus, sed irritamus, & offendimus eum, facientes contra illius voluntatem, graviter admodum peccamus; & est peccatum tantò maius, quantò maiora, pluraque beneficia sunt, quæ à diuinâ eius Majestate accepimus: quare si peccati mortalis gravitatem cognoscere, sentireque volumus, necesse est, ut beneficiorum Dei magnitudinem cognoscamus. *a Adeò magna sunt beneficia Dei, inquit S. Chrysoſtomus, atque in tantum humanam omnem expectationem*

trans

a D. Chr. hom. 4. 1. ad Tim. 1.

transcendimus, ut ea sapius vix credantur. Quae enim nunquam humanus animus aut cogitare, aut sperare potuit, ea nobis cuncta largitus est. Ita S. Chrysostr. mus. Hinc sequitur, tantam esse peccati mortalis grauitatem, ut incomparabiliter excedat, quicquid de eo dici, cogitarique potest, eò quod cum illa beneficiorum magnitudine metienda, ponderandaque sit. Hoc nos Deus in sacrâ Scripturâ docuit. Volens enim nos cognoscere, & sentire magnam malitiam, quæ culpis contra bonitatem suam commissis inest, ante omnia alia nobis beneficiorum in nos collatorum magnitudinem, multitudinemque exprobrat. Peccârunt filij Israël Deo, & Moyfes ait illis: *a* *Hac* *cine reddis pro tot beneficijs Domino, popule stulte. & insipiens? nunquid non ipse est Pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?* Et Dauid cum valdè in specie beneficia, quæ Israëlitaè à Deo in Ægypto, & in deserto acceperant

retr-

a Deut. 32. 6.

retulisset, colligens hinc peccatorum eorum magnitudinem, & apposuerunt, inquit, adhuc peccare Deo; in iram excitauerunt *Excelsum.* *a* Et Dominus ipse cum populo suo loquens, volensque ipsum peccatorum suorum grauitatem sentire, dicit: *b Popule meus, quid feci tibi, vt me offenderes, aut quid molestus, ac grauis fui tibi? Quia eduxi te de terrâ Ægypti, & de durâ illâ seruitute liberaui te, & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, vt te gubernarent, ducerentque per viam, & ab inimicis tuis defenderent? Sic ex obligatione, quam diuina nobis beneficia imponunt, Deo ampliùs seruiendi, vult Dominus nos ponderare peccatorum nostrorum grauitatem, & ad agendam de ijs pœnitentiam moueri. Accepit rex Saul multa beneficia à Dauide, quem inuidiæ passione motus persequebatur, vt occideret. Accedens Ionathas ad Saulem, reuocat ei in memoriam beneficia, quæ à Dauide acceperat,*

a Ps 77. 17. b Mich. 6. 3.

perat, aitque : *a* Ne pecces, rex in seruum tuum David, quia non peccauit tibi. & opera eius bona sunt tibi valde. Et posuit animam suam in manu sua. & percussit Philistheum, & fecit Dominus per eum salutem magnam uniuerso Israël, liberans illum ab inimicis suis: vidisti oculis tuis hæc magnalia, & letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio, interficiens David, qui est absque culpa? Auditis Saul his verbis, consideratisque, quæ à Dauide accepisset, beneficijs, agnouit malè se facere, quod illum vellet interficere, placatusque dixit. *Viuat Dominus quia non occidetur.* *b* Aliàs cum idem Saul Dauidem ad necem quæreret, & ad intentum suum exequendum castra metatus esset, Dauid cum Abisai de nocte ad illius tentorium accessit, & inuentam iacentem & dormientem, potuisset occidere; nec id facere voluit, sed tulit hastam, & scutum aquæ, qui erat ad caput Saul, & abiit, & ex montis vertice, quid esset factum,

a 1. Reg. 19. 4. *b* 1. Reg. 26. 7.

factum, & quomodo, cum posset Saulem occidere, non occidisset, clamauit; & loquens cum Saule ipso, *quam*, inquit, *ob causam Dominus meus persequitur seruum suum? quid contra te mali feci*, vt sic me persequeris? Vbi Saul hæc Dauidis verba audiit, & cum præterita beneficia, tum quod recens tunc acceperat, considerauit, agnoscens, ponderansque peccati sui grauitatem, dixit: *Peccaui, nequaquam vltra tibi malefaciam*: apparet enim quod stultè egerim, persequens te, & in hoc, tanquam homo ignorans, & inconsideratus errarim. Si Saul, tametsi malus, passionibusque miserè obnoxius, consideratis, sibi à Dauide præstitis beneficijs, bonisque officijs, agnouit delicti sui grauitatem, confessus illud est, correxitque, & emendandi se propositum fecit, æquissimum est, hominem Christianum ingentia, quæ à Deo accepit, beneficia, misericordiasque considerare, ac per hoc moueri ad sentiendam, ponderandamque magnitudinem peccati,

eati, quo infinitam Dei, qui tot ei bo
 na fecit, Maiestatem offendit. Percur
 ramus ergo breuiter beneficia, quæ Fi
 delis vnusquisque de manu Dei acce
 pit, dicatq; in corde suo quilibet cum
 attentâ consideratione: Cum ab æter
 no nihil essem, nullo ex parte me
 præcedente obsequio, nec merito,
 Deus me in tempore gratis creauit, de
 ditq; mihi esse, quod habeo, nec me
 (vti S. loquitur Augustinus) auem fe
 cit, nec piscem, nec aliam bestiam, sed
 hominem, creaturam rationalem, glo
 riæ suæ capacem, & ad imaginem sui
 factum; & quoad naturam, paulò An
 gelis minorem, & quoad illud, quod
 gratuitum, ac supernaturale est, ipse
 æqualem, & in quibusdam rebus plus
 Angelis ipsis priuilegiatum; siquidem
 homo Deus est, & Deus est homo, non
 Angelus; & Verbum, per quod Angel
 fuerunt facti, caro factum est, & habi
 tauit in nobis: & quamuis creârit me
 in tempore, tamen ab æterno ante
 omnem creaturam decreuit me create

a D. Aug. in soliloq. c. 7.

me.

meq; amavit ad dandum mihi in tempore omne bonum, quod comunicavit mihi, comunicabitque. Et hunc mundum liberalissimè creavit cum tantâ creaturarum multitudine, varietate, ac pulchritudine, easq; seruitio meo subiecit, ordinando ipsas in utilitatem, & recreationem meam. Dedit mihi clarum, & admirabile lumen Solis, Lunæ, & Stellarum, virtutem, & influxum orbium cęlestium, volucres cęli, pisces maris, animantia, plantas, & metalla terræ, tantam ciborum, saporum, odorum, colorumq; abundantiam, tantam suavitatem, & harmoniam concentus auium, humanarumq; vocum, tantam materiem faciendarum vestium, & ornamentorum pro corporibus, & pro domibus, habitationibusque humanis, & tantam mutationem, varietatem, consonantiamq; temporum, dierum, & noctium, tam necessariam humanæ vitæ, & gratâ. Dedit mihi suam legem, & Fidem sanctissimam, fecitque me nasci in terrâ Christianorum, & ex
Chri-

Christianis parentibus, ut natus quam
 primùm incorporarer Ecclesiæ, fie-
 remque membrum Christi, & Sacra-
 menta ipsius participarem. Tot alij
 homines nati fuerunt ante mundi re-
 demptionem, & ante legem gratiæ, &
 sine veri Dei cognitione vixerunt.
 Tot alij, licet in huius mundi lucem
 post redemptionem venerint, inter in-
 fideles nati sunt, neque legis Euangeli-
 cæ notitiam, neque auxilium Sacramen-
 torum habuerunt, & infidelium erro-
 ribus, ac vitijs innutriti, adeoque im-
 mortui, & propter culpas suas dam-
 nati sunt. Et cum Deus hos omnes in
 istis ignorantijs reliquerit, iustoque iu-
 dicio in ijs viuere, & mori suserit, ele-
 git me vsque ab utero matris meæ, ut
 per Fidem ipsius, & Sacramenta sancti-
 ficarer, fieremque filius eius per
 gratiam, & hæres cælestis ipsius regni
 & hoc mihi fecit, cum meritorum tan-
 expers, tamque omni bono indignus
 esse, quàm omnes ceteri, qui in suâ in-
 fidelitate, vel in peccatis suis mortui
 atque

atq; damnati sunt. Præterea liberauit
me clementissimus Dominus à multis
corporalibus, spiritualibusque pericu-
lis. Multi periêrunt terræ motibus in
continente, naufragijs in mari, inun-
dationibus fluminum, ruinâ ædificio-
rum, icti fulmine, lapsi per præcipitia,
occisi à latronibus, & inimicis, extin-
cti vehementissimis doloribus, alijsque
casibus repentinis, qui momento eos
vitâ priuârunt, & cum nihil minus
opinantes in peccatis suis deprehen-
derint, ad æterna tormenta transmi-
serunt: & me, qui toties in peccata la-
psus, vnâque ex his repentinis, & im-
prouisis mortibus omninò meritus-
sum, Deus ab his mortis periculis, at-
que æterno interitu liberauit, me to-
lerauit, & expectauit: dumque eum
offenderem, ipse innumera mihi be-
neficia in corpore, & in animâ tribue-
bat, & auxilia magna subministrabat,
vt de peccato exire, bonumque ope-
rari possem; & reipsâ dolorem de meis
peccatis mihi inspirauit, meque effica-
citer

citer ad agendam pœnitentiam mo-
 uit, Neque solùm me à peccatis com-
 missis, sed etiam ab innumeris alijs, quæ
 commissem, liberauit: nec enim est
 peccatum, quod vnus homo faciat,
 quod nõ quilibet alius faceret, si Deus
 permitteret ipsum à Dæmone tentari,
 nec efficaci potentis manûs suæ auxi-
 lio defenderet, ac sustineret. Ita fate-
 tur S. Augustinus, dicens: *a Eripisti*
me, Domine, de inferno inferiori semel,
secundò, & tertio, & centies, & millies;
ego semper ad infernum tendebam, &
me semper reducebas; & iuste millies dam-
nasses me, si voluisses: noluisti, sed ab in-
numeris alijs peccatis, quæ fecissem, &
propter quæ, nisi me reduxisses, vire-
que mihi ad ea non facienda dedis-
damnandus fuisset, me liberaisti.
Quando errabam, reduxisti me, quando
ignorabam, docuisti me, quando peccabam,
corripuisti me, quando tristabar, consolatus
es me, quando cecidi, erexisti me, quando

a D. Aug. in soliloq. 6. 18. b De Spiritu
sancto, & anima c. 17.

De gravitate peccati mortalis. III

steteri, tenuisti me, quando iui, duxisti me,
quando vèni, suscepisti me. Nec solum
liberasti me per misericordiam tuam
ab his omnibus, & alijs malis, atque
periculis, in quibus fui, fuissemque, sed
eorum loco dedisti mihi altissima bo-
na, & pretiosissima dona sanctorum
desideriorum, ac propositorum, viriū,
ad resistendum tentationibus, ad con-
sequendam ex Dæmonibus victoriam,
ad mortificandas meas passiones, & ad
bona opera exercenda; constantiæ, &
stabilitatis ad perseverandum in bo-
no, & sapidi appetitūs orandi, legen-
di, legemque tuam meditandi; & de-
didisti mihi multa pignora, testimonia-
que gratiæ, & amoris tui, & valdè ma-
gnam, firmamque salutis meæ spem.
Hæc, & alia, quæ sub his continentur,
diuina beneficia debet homo confide-
rare, vt peccati gravitatem agnoscat.
Et quamuis magna, mira que sint be-
neficia, longè tamē maior, mirabilior-
que est amor, cum quo nobis ea Domi-
nus contulit; siquidem beneficia prin-
cipium

F

cipium

cipium habuerunt, & sunt limitata; de
 amor, cum quo illa fecit, facitque, iur
 habuit principium, quia æternus, ut
 infinitus est, cum sit ipsemet Deus, ita
 dans beneficia; dat rem, quæ est ex hab
 ipsum, sed amans paterno amore, sub
 ipsum dat, & dans seipsum homi mea
 dat ei bonum infinitum, facitque geli
 possideat ipsum per gratiam, & per acco
 æternam gloriam. Atque ita debet senf
 mo diuina considerare beneficia, tate
 quam ex hoc perenni, & infinito am tant
 ris fonte profecta; & sic altiùs sen locu
 magnitudinem beneficiorum, gra sue l
 tatemque peccati mortalis, per que cere
 ingratus extitit erga talia beneficia, id fa
 lemque amorem, & talem benefaci res i
 rem, talemque amatorem contemp rem
 Cum peccâssent filij Israël, vt in lu Scrip
 cum libro narratur, vênit ad eos com
 gelus, loquensque in Dei personâ ne c
 ipsos peccatum suum sentire face gnar
 annumeravit eis beneficia, quæ ad tiam
 perant ab ipso, dicens: a Educa
 stræ
 diuin

a *Iud.* 2. 1.

de Ægypto, & introduxi in terram, pro quâ
iuravi patribus vestris, & pollicitus sum,
ut non facerem irritum pactum meum,
ita duntaxat, ut non feriretis fœdus cum
habitoribus terræ huius, sed aras eorum
subverteretis: & nolulistis audire vocem
meam; cur hoc fecistis? Auditis his An-
geli verbis, consideratisque, quæ à Deo
acceperant, beneficijs, vehementer
senserunt peccatorum suorum graui-
tatem, eaque ingenti cum dolore, ac
tantâ lacrimarum vi defleuerunt, ut
locus ille vocatus fuerit *locus flentium,*
sive lacrimarum. Hoc est, quod nos fa-
cere debemus; habemusque maiorem
id faciendi obligationem, quàm vete-
res illi Israëlità habuerint. Conside-
remus attentè beneficia, quæ in diuinâ
Scripturâ Deus ipse se nobis fecisse
commemorât; & eorum consideratio-
ne cogitemus intra cor nostrum ma-
gnam nostrorum peccatorum mali-
tiam, eaque cum ingenti animæ no-
stræ dolore defleamus. Vfus est hoc
diuino artificio Christus erga Scribas,

& Phariseos, repræsentans eis beneficia, quæ in ipsos contulerat, ut agnoscerent ingens peccatum, quod faciebant, volentes eum lapidare, dicentes illis: *a Multa bona opera in vestra utilitatem feci, multa in vos beneficia contuli: propter quod eorum me vultis lapidare? Curavi vestros infirmos, illuminavi vestros cæcos, suscitavi vestros mortuos, afflictos vestros consolatus sum, ignorantes vestros docui, peccatores ad pœnitentiam adduxi, & deductos in viam cæli reduxi: propter quod horum operum, beneficiorum quæ me lapidare vultis? Ac si dicentes hæc opera, & hæc beneficia non merentur, ut malè mihi velitis, nec ut persequamini, vitæque priuetis, & merentur, ut vos propter ipsa mortem mihi ad agnoscendam vestram meritam, ad agendam de illâ pœnitentiam & ad credendum, obediendumque verbo meo. Hoc, quod dixit Christus Iudæis, qui ipsum volebant occidere*

a Ioannis 10. 32.

dicit in cordium secreto omnibus Fidelibus; qui offendunt eum, & quantum in illis est, rursus crucifigunt. Omnibus, ac singulis horum dicit: Vide bona, quæ tibi feci, & beneficia, quæ in te contuli; quomodo dederim tibi esse, vitam, & sanitatem, omnesque meas creaturas; meam Fidem, meum verbum, mea Sacramenta, mea merita, meos fauores, meas consolationes, donaque gratiæ, & ius, ac titulum ad gloriam. Non utique merentur hæc opera, ut me propter illa offendas, sed ut per illa grauitatem peccatorum, quibus me offendisti, agnoscas, & ad agendam de ijs pœnitentiam, teque totum obsequio meo, & voluntatis meæ executioni dedendum mouearis.

